

79. *Constat hoc ex ipsa Confutatione Caroli Casaris, & Catholicorum principum, in ipsis statim comitijs, huic antithesi opposita, quæ sic habet: Appendix illius Articuli omninò tollenda est, cum falsum sit, constitutiones humanas ad placandum DEVM, & satisfaciendum pro peccatis institutas, adversari Evangelio.*

80. *Quæ & ipsa olim Scholasticorum Theologorum fuit sententia: ut Thomæ 2. parte secunda, quest, 147. Artic, 1. scribentis: Assumitur jejunium principaliter ad tria: primò quidem ad concupiscentias carnis reprimentas. secundò ad hoc, quòd mens liberius elevetur ad sublimia contemplanda. Tertio, ad satisfactionem pro peccatis. Et Art. 3. & 7: Jejunium utile est, & ad deletionem, & ad cohibitionem culpæ.*

81. *Scholasticis subscribens Andreas Fabritius asserit, si traditiones istæ de jejunio, de abstinentia ciborum, & similes non conducant ad promerendam gratiam, ad satisfaciendum pro peccatis, se non videre, quorsum his facto opus sit. Harm. Fabr. pag. 259.*

82. *Monachus à Daventria impium & erroneum esse disertè affirmat, si quis statuatur, Traditiones humanas ad placandum DEVM, & promerendam gratiam, & satisfaciendum*

pp 3 dum